

198 [Ti. C]laudio | [Dru]si German. f. | Neroni Germanico | auguri¹, sodali Aug.², | sodali Titio, cos.³

Polae (V 24). — 1) *Cf. Suet. Cl. 4.* — 2) *Cf. Tac. ann. 1, 54.* — 3) *Consul suffectus fuit ex kalendis Iuliis a. 37, cum Caligula.*

199 Medullinae Camilli f.¹, | Ti. Claudii Neronis | Germanici sponsae¹, | Acratus l. paedagogus.

Prope Velitras rep. dicebatur (X 6564, *Fea et Marini descripserunt*). — 1) *f. om. Marini.* — *De Medullina cf. Suet. Claud. 26.*

200 Ti. Claudius | Drusi f. Caesar | Aug. Germanic. | pontif. max., trib. | pot., cos. desig. II¹, | imp. II, refecit.

Prope Nemausum ad vicum Manduel rep., columna miliaria viae Arelate Nemausum ducentis (XII 5602; *aliae columnae viarum provinciae Narbonensis eodem modo inscriptae v. XII p. 906*). — 1) *A. 41.*

201 Ti. Claudio | Drusi f. Caesa|ri Aug. Germ. | pont. maxim., | trib. pot. II, cos. II¹, imp. III, patri | patriae, | d. d.

Sestini in Umbria (*Bull. dell' Inst. 1856 p. 140*). — 1) *A. 42.*

202 Pietati Augustae ex s. c., quod factum est D. Haterio Agrippa C. Sulpicio Galba cos.¹, Ti. Claudius Caesar Aug. Germanicus pontif. max. trib. pot. III², cos. III, imp. III, p. p., dedicavit.

Romae 'in Capitolio', semel descripta ante saeculum IX, quod exemplum servaverunt codex Einsidlensis saec. IX et ex simili codice Poggius (VI 562 *cf. p. XII*). — 1) *A. p. C. 22.* — 2) *25 Ian. 43/44.* — *Ara Pietatis Augustae decreta a senatu anno 22 pro salute, ut videtur, Iuliae Augustae tunc aegrotantis* (*Tac. ann. 3, 64*), *dedicata demum a Claudio* (*cf. Eckhel d. n. 6, 150; Mo. Sitzungsber. d. Sächs. Ges. d. W. 1850 p. 301*).

203 [Ti. C]laudio Drusi f. Caesari Augu[sto | G]ermanico pontif. maximo, tribu[nic.] | potest. III¹, cos. III, imp. V, patri patri[ae, | socii²] publici XX libertatis et XXV venal[itum].

Romae (VI 915 *semel descripta saec. XVI*). — 1) *25 Ian. 43/44.* — 2) *Sic necessario supplendum; lapis positus a conductoribus vectigalium duorum, vicesimae libertatis sive manumissionum* (*cf. Marquardt Staatsr. II² p. 281*) *et quintae et vicesimae venalium mancipiorum* (*ib. p. 278*).

204 Ti. Claudio Drusi f. | Caesari Aug. Germanico | pontif. max., trib. potest. | III¹, cos. III designato III², | imp., publice d. d.

Veronae (V 3526). *A dextra et a sinistra supersunt particulae aliorum titularum, aut uxoris filiique aut maiorum Claudii.* — 1) *25 Ian. 44/45.* — 2) *Cos. tertium fuit a. 43, quartum a. 47, designatus, ut ex hoc titulo intellegitur, ante 25 Ian. 45* (*cf. Mo. Staatsr. I 567*).

205 Ti. Claudius Drusi f. Caesar Augustus Germanicus | pontifex maxim., trib. potest. V¹, imp. XI, p. p., cos. desig. IIII, | arcus ductus aquae Virginis disturbatos per C. Caesarem | a fundamentis novos fecit ac restituit.

Romae in ductu aquae Virginis, duobus exemplis (VI 1252). — 1) *25 Ian. 43/46.*